¶De separatiōe matrimonij dicas, q̄ de iure cano. matrimonium ꝓsummatum non dissolui tur nisi p̄ mortē. c. 2. de trāſl. epi. imò si esset ꝫriū cū frigida & impotente ad procreationem, non dissolueretur pp talē impotētiam. Item not. gl. ī c. fi quis acceperit. 33. q. 1. Et no. Bal. in l. mulier. C. de spon. Dicas tamen q̄ multa sunt impedimenta impedientia matrimoniū ꝫhi & aliqua etiam ex quib. ꝫctum dirimit, & ad probāda talia impedimenta vel ad dirimendum ꝫctū, vel a impediendū, ꝫhendum, non vſ requiri rogitus testiū, dummodo testes de tali impedimento legitimè deponāt & suf de leg. 3. & c. fi. de ver. sig. seu resultaret absonus intellectus, vt p̄cedat in omni negotio, vbi principalis persona non est reportatura aliquod commodum vel damnum, laudem vel vituperium: nec aliqua affectione notat. tunc. n. non subest aliqua rō quare non dēat p̄putari in numero testium: intelligo tm̄, vt nō agatur de p̄iudicio alterius. saltem grauī. & sic saluo dictū Vinc. Nam vbi ageretur de graui p̄iudicio, secùs esset dicendum. Ratio, qa in istis grauib. non est recedendū à cōi forma iudiciorū f̄m q̄ idem non debet esse accusator seu actor & testis. 4. q. 4. c. j. & forus. §. in omni. de ver. sig. Et rō huj⁹ vltimi est, qa præsumptio est ꝫ illū qui instat vt grauet dānum seu grauis pœna alteri infligatur. 2. q. 7. si qs. ergò nō vſ idoneus testis. Ad prædicta facit c. præterea. 2. & c. cū in tua. de spō. cū si. & hoc vſ sentire Io. An. in c. 2. de vſu. li. 6. super gl. qa magis in nouella. Et p hoc cōcludo q̄ litera hæc non sit restringenda, q̄n agitur de stricta denuntiatione, in qua oportet monitionem præcedere sicut *cōiter* vſr doc. intelligere, l. diuersificent in modo seu substantia, p̄bandi, sed intelligo q̄naliter vt prædixi. quod satis proba vltima auctoritas in fi. c. posita. & in fi. c. præterea. & c. cū in tua. vbi tū ageretur purè per viam denuntiationis, posset quis esse nedum actor & testis. vt hic, sed ēt iudex: vt probatur in c. præcipuè. 11. q. 3. & not. Io. An. hic. poterit. n. iudex facere istas denūtiationes, & p̄putari in numero testium. si erit necesse. finaliter p̄cedere, vt iudex, vt d. præcipuè. cum. n. non agat ad pœnam, sed ad pœnitentiā sufficiunt probationes minus sufficiētes. vt no. gl. 2. q. 1. mul ti. vide tū q̄ dixi in c. at si clerici. de iudi. sup gl. i. Item aduerte, qa hæc litera verificatur non solum in actore, sed etiam in reo: q̄n. s. deficiētib. plenis p̄bationib. se purgare dēt. nam tunc p̄putatur ipse in numero testium. ar. c. quoties. de pur. ca. vnde dicit hic Host. & post eum Io. And. q̄ prima auctoritas huius c. p̄gruè adaptatur denuntianti: secūda verò purganti. qui phibet testimonium de seipso. Nam Christus purgauit se aduersus falsas assertiones iudæorū. puto tū, q̄ licet dictū sit in se verum. non tm̄ congruit huic literę, vbi princip⁹ disponitur super actu, p̄bādi: nam reus se purgando propriè non probat, sed se purgat. Pone & quintā lect. magis gn̄alem, f̄m q̄ saluo magis generalitatem, seu generalem, dispositionem huius c. videlicet vt procedat in omni negotio siue agatur p viam denuntiationis siue non: siue agatur de p̄iudicio alterius siue non: siue agatur de directa actione siue non: siue iudicis officiū imploreſ, vt deficientib. aliis probationib. deferatur iurm principali personæ. i. actori, hūti pro se vnum testem, nisi aliud suadeat qualitas negotiorum, seu p̄sonarum. vt probatur in c. fi. de iurei. iuncta gl. fi. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cre. & iureiu. nam tunc ipse ꝓbatā in numero testium, cū nulla cā terminetur dicto vnius testis tm̄, vbi tangitur alterius p̄iudicium: vt in c. licet vniuersis. in fi. ꝫ. e. ti. & tunc oīa plena sunt. In quib. āt causis sit locus delationi iurī in supplementum probationis, dicā plenè in d. c. fi. Et p hæc habes expeditam mām, huius c. intrinsecam & primam partē gl. nam in 2. parte gl. intrat mām non ꝓgruentē titulo nostro quæ satis ad plenū fuit expedita in c. nouit. §. de iudi. † Quæ- 5 rit nam q̄; vtrū infames² & criminoſi admittantur ad denuntiandū aliorū crimina: & p̄cludit q̄ non: sed dic, hoc non p̄cedere indistinctè, & plenè dd̄m, vt no. in d. c. nouit. dicit tm̄ hic Host. q̄ in casib. in quib. infamia repellit à denuntiando: si tm̄ denuntiatus est infamatus aliter, q̄ ex dicto illius denuntiatoris, ecclesia ingrer. alle. de p̄sum. cū in iuuē tute. & no. ga sentit q̄ infamia orta ex p̄sona inhabili non p̄æstat facultatē ingrendi. vide q̄d dixi in c. qualiter & q̄ñ. 2. de ac. ¶Gl. 2. quærit, nunquid hæc auctoritas si peccauerit in te & c. extendat ad oēs, vt sic oēs teneantur denuntiare, vt hic d̄? Gl. resp. vt paret in ea. Host, aliter, sed tu dic, vt plenissimè dixit in c. nouit. de iud. ¶Vltimo op. hic d̄ q̄ in ore duorū vel triū & c. & sic sentit, q̄ per plures non possit fieri probatio, vnde ob. c. licet. de prob. vbi innuitur ꝓriū. sol. gl. vlti. metu ꝓrij vt arbirror, dicit illā auctoritatem exponendam negatiuè. s. in ore duorū vel triū, & nō pauciorū. q. d. q̄ plures p̄t adhiberi, sed pauciores non. & idē dicit in c. l: vniuersis. j. eo. ego non credo q̄ hæc fuerit mens illius alleg atæ auctoritatis sed solū voluit innuere q̄d oīs cā posset instrui p duos vel tres testes: ita q̄ necessariò nō exigant plures: nō tm̄ negat q̄n plures possint adhiberi: & hoc ꝓriè volunt istæ auctoritates positæ in litera, & maximè sc̄a: nā hic non dubitabat q̄n pauciores duob. nō facerēt fidē, sed Ghrist⁹ voluit ostēdere, q̄duo sufficerēt, nec necessariò plures requrērent. & sic diceres quō ī aliq̄b. casib. requrūtur vltra duos vt plenè no. p gl. in d. c. 6 licet vniuersis. † Resp. q̄ illa fuerunt inducta ex dispositione principis q̄ potuit ex cā ius diuinum limitare & interpretari: iuxta not. plenè p Inn. in c. quæ in ecclesiarū. de ꝓfti. & p legistas maximè Bar. in l. fi. C. si ꝫ i⁹ vel vti. pub. sic q̄ñq; ex cā minus sufficiens, p̄batio admittit. iuxta ea quæ plenè dixi in c. sicut. de prob. & casus in quib. sufficit vnus testis dicam saltem remittendo in c. nuper. ꝫ. e. ali quid tetigi in d. c. sicut.

CAP. V.

1 *Duo testes probant in actib. grauissimi præiudicij.*
2 *Consanguinei præferuntur aliis testib. in consanguinitate probanda.*
3 *Defectus consanguineorum ex parte patris, supplebitur ex parte matris, stante statuto, &c.*
4 *Odium priuatum & non publicum repellit quem à testimonio.*
5 *Amicitia carnalis & non charitatiua detrahit fidei testis.*
6 *Testimonium de credulitate valet, ubi credulitas est proxima sensui per quem percipitur ueritas.*
7 *Testimonium de credulitate admittitur, ubi admittitur testimonium de auditu.*
8 *Confessio de credulitate præiudicat confitenti.*
9 *Testis assignans causam scientiæ sufficientem, sī in fine dicat, q̄d credit, an probet.*

Quoties. ¶Dicit quales esse, & qualiter iurare debeant, qui super consanguinitate deponunt. & duo sunt dicta. secundum ibi, probatio. ¶Casus literalis. Quando aliqui volūt separari propter consanguinitatem, consanguinitas illa debet probari per duos vel per tres testes de illa consanguinitate: vel si consanguinei non supersunt, debet probari per meliores & antiquiores illius loci qui iurabunt, quòd non odio, vel amore, vel aliquo commodo quod habuerint, vel quod habent, vel habituri, sunt, ad hoc iuramentum accedunt: & sicut ipsi dicunt rei veritatem accepisse à maioribus suis, & credere ita esse. Ber. ¶†No. 1. quod etiam 1 b in actibus grauissimi præiudicij duo testes *b* faciunt plenam fidem, seu probationem. patet hoc: vbi agitur ad separationem matrimo c nij propter consanguinitatē: nam separatio est res grauissima⁴ vt in c. licet ex quadam. in fi. ꝫ. eo. & in c. debitum. §. de biga. ad hoc vide glo. sing. in c. præsul. 2. q. 4. quæ dicit duos testes sufficere ad probandum crimen contra Papam. Et nota, quod procedit hoc etiam vbi non potest haberi probatio necessariò concludens ex natura rei, vt sufficiant duo testes ad probationem rei, eo modo quo probari potest: sicut patet hic in consanguinitate, quæ directè per testes percipi non potest: sed admittitur in parte testimonium de credu- 2 litate, vt hic. & d. c. licet ex quadam facit c. præterea. ꝫ. e. ¶†No. 2. casum in quo consanguinei præferūtur aliis testibus, scilicet quando agitur de consanguinitate⁵ probanda: ipsi enim præsumuntur melius quam extranei genealogiam propriam scire. ad hoc c. vſ. gma. accu. pol. secus vbi ageretur de alio probando. vt c. super eo. ꝫ. d e. & c. in literis. ¶No. 3. quòd cęteris partib. plus creditur sēniori. facit l. si chorus. ff. de ꝫc. 3. q̄ puto verum vbi agitur de antiquitate

proban

ficientē rōem dedu cant, iuxta ea, q̄ hūr in c. 1. & ꝫoto tit. de matr. ꝫct. ꝫ inter eccle. & not. in ca. non debet. de p̄san. & aff. & c. fraternitatis. de frigid. & c. literas. de resti. spolia.

d ¶No. q̄ testimonium senis p̄sertū testimonio iuuenis. & ad idē est tex. in c. licet ex quadā. ꝫ. eo. & c. 1. 3 5. q. 6. & gl. in §. nūc aūt. cir si. 60. dist. & Spe. in ti. de teste. §. posīq̄. versi. porro. Sed Abb. hic dicit, q̄ id, q̄d dicit iste text. procedit in facto an tiquo. Sed ī factis nō antiquis esset maior præsumptio pro iuuene, q̄ d̄t arbitrio iudicis relinquendū. Et de hoc vide ēt gl. in l. cū qd. in ver. nouū. ff. si cert. pet. Illud aūt scias q̄ Spe. in ti. de teste. §. nunc tractandum. propè fi. dicit, q̄ in testimonio visus magis creditur iuueni. q̄ seni, qa iuuenis perspicaciùs videt.

¶Adde an stante statuto, de quo hic, si non sit nisi vnus, an sit satisfactum statuto Bal. ꝫ. 168. 3. lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Qui veniat appllatione propinquorum. Et adde q̄ iste text. p̄bat q̄ non solum veniunt agnati, sed ēt cognati. De quo vide per Bal. in rep. c. fi pater. de testa. li. 6. vbi pro decisione. q. alle. tex. in l. of ficiales. C. de epi. & cle. & in l. etiam. C. de ac. Et de hoc vide per Pe. de Anch. p̄ſuo in q̄ſtione, quæ vertitur in ciuitate Trigeſti. v t hȳ l. i. C. vñ vir & vxor.

* Sebast. Sapia.

a ¶ Propinquorum. Qui veniant appō ne propinquorū, vide Pe. de Anc. consi. 183. anc. in quæſtione, quæ vertitur. vbi dicit, quod veniunt oēs illi qui veniunt ad ſucceſſionem de iure refert. And. Sic. in repe. l. cū acutiſſimi. C. de fideic. Qui āt veniant appō ne p̄ſanguineorū, traditur p̄ Bart. & alios in l. cū quidam. §. quod dſ. ff. de acq. hæ. vide Bal. p̄ſ. 269. inci. viſo themate. & p̄ſ. 455. ſc. filia. in 4. vol. Nic. de Neap. inſt. de leg. ag. ſucceſ. in pr. vbi ponit pulchram q̄ēm & Fel. p̄ſ. 109. inc. p̄ponatur. & p̄ſil. 158. a rum 4. ¶ † No. ibi, priuato odio & c. quod nō ſc. ſuppoſito. & q̄o accipiatur verbum, p̄ſanguinei, prolatū à teſte, vide Ale. p̄ſil. 82. inc. in cauſa vertente. in 1. vol.

b ¶ Amicitia. Vtrū amicus admittatur pro amico ad teſtificandum. Et de hoc vide Bal. in l. eos. C. de teſti. vbi dt, q̄ ſola amicitia nō repellit à teſtimonio. Et dt de hoc eſſe caſum expreſſum in l. ſciendum. ff. de vſu. ſed gl. tenet ȝrium. 4. q. 5. in ſum. Pro quo facit tex. in c. ſi teſtis. §. item teſtium ſi des. 4. q. 3. Sed R. o. in quodam ſuo p̄ſ. inc. Omnipotentis Dei implo rato ſuffragio. diſtinguit an grauis, an leuis ſit amicitia. Et all. gl. expreſſam in c. inſiſquante. de of. del. Adde gl. 2. q. 5. c. 2. De inimico āt an repellatur à teſtimonio, vide quæ plenè no. poſt gl. & Abb. in c. cum oporteat. de ac. Et adde hic Bal. in l. ſi quis ab hoſtib. D. de teſt. vbi dicit, q̄ amicitia nunquam repellit à teſtimonio, niſi per accidens. ſc. q̄n per amicitiam vnius reſultat odioſitas alterius: qa amicitia eſt virtus, odioſitas vitium: & illud odiū repellit teſtem. Sed ſup hoc vide tex. in l. 3. in pr. ff. de teſti. Et ibi de hoc vide per d. Flo. vbi dicit, q̄ putat, q̄d nulla amicitia repellat à teſtimonio, ſed detrahit benè de fide ſm quantitatem amicitiæ. Et de hoc vide per Bal. in l. j. cir. fi. de teſti. Et ad prædicta facit quod no. d. Ant. in c. accedens. 2. vt li. nō cont. Item vtrum amicitia ſit ſpecialis virtus & vtrum virtus ſit pars iuſtitiæ, vide per B. Tho. in 2. 2. q. 104. art. 1. & 2.

¶ Adde, an inimicus occultus poſſit eſſe teſtis. vide Ale. conſ. 103. & quid de amico, per eundem conſ. 344. lib.

c Seb. Sap. ¶ Credulitate. Vide laſ. in rub. ff. de iureiu. vbi ponit plures caſus, in quib. admittitur teſtimonium de credulitate.

c ¶ Credulitate. Adde, q̄ in caſib. in quib. depoſitio de credulitate plenè probat, ſnīa pp eam lata non tranſit in rem iudicatā. hoc no. d. Ant. in c. propoſuiſti. de prob. Et circa hoc adde quod ipſe ibi no. & adde Abb. poſt Io. An. in c. inquiſitionis. §. vlt. ȳ. de accu. Et adde, q̄ non valet p̄ſuetudo, q̄ teſtib. deponentib. de credulitate plenè credatur eo caſu, quo alias non probarent ſm d. Ant. in c. 1. de app. Vide do. Ant. in c. 2. de iur. cal. Item adde hic quod not. d. Ant. in c. cum cauſam. ver. quæro an teſtis. ȳ. c. Et vide per Pe. de Anch. in c. j. de iur. cal. lib. 6. Et adde, q̄ in his quæ non poſſunt ſciri niſi per credulitatem, ſi teſtis dicit, Scio quantum poſſunt, vel quantum humana fragilitas noſſe ſinit: probat tex. eſt, quem ibi not. d. Ant. in c. j. de ſcruti. Et de hoc art. hic poſito per d. Ant vide per Bar. in tract. de teſte. ver. teſtis dixi aliqua vera eſſe, quia credit. Et adde. hic Bal. in l. teſtium. verſic. item quærit. C. de teſtib. vbi dicit, q̄ teſtis deponens de credulitate probat, ſi ſit credulitas iuncta ſenſui, & munita ratione. Et quod teſtis deponens de credulitate non probet. eſt gl. in i. diem proferre. §. ſi plures. in ver. conſenſerunt. ff. de arbit. Et de hoc vide per Bal. in l. hæredes palam. in fine princip. ff. de teſtam. Et de iſto articulo. vide quod not. d. Anto. in c. literis. de præſumpt. & dici, q̄ non ſunt habendi odio, vt eis ob hoc noceamus, ſed odiendi ſunt propter peccata eorum: hoc tamen ſpectat ad theologos. 5 & quod ſ. dixi de odio. † Idem dic de amicitia eſt. n. duplex, vt dicunt hic doct. quædam carnalis, quæ corruptionē inducit. & de iſta intelligitur iſte tex. ad hoc c. parentela. 35. q. 6. quædam charitatiua, & hæc non impedit teſtem. de quo in Spe. e. tit. in pr. hoc probo. nam ſm legem diuinam debemus diligere proximum ſicut noſmetipſos. & Chriſtus dixit in Euangelio: Nemo maiorem charitatem habet: quàm ad animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. non debet ergo quis repelli à teſtimonio adimplendo legem diuinam. Et propriè charitatiua amicitia eſt: q̄n diligimus proximum non pp aliquas vtilitates noſtras, non pp ſperanda beneficia, vel accepta', non propter affinitatem, ſeu conſanguinitatem, ſed propter hoc tantum, q̄d eſt naturæ noſtræ particeps, & virtuoſus. vide de bo. rex. in c. charitas. §. proxi. de pœnit. di. b 2. Idem. dico, quod amicitia carnalis non repellit ex toto. ſed minus creditur vel parū ſecundum qualitatem & quantitatem amicitiæ. de quo vide bo. gl. in c. in literis. ȳ. c. & per Cy. in l. eos. C. c. & per Io. An. in Spe. in loco præal. adde not. in c. repellantur. de accuſ. 3. q. 5. in ſum. & c. i. & hæc no. & tene menti. Et quis dicatur propriè amicus vide bo. tex. in l. latæ culpæ. §. amicos. de ver. ſigni. ¶ Vltimò no. caſum in quo valet teſtimonium. de credulitate ad idem c. licet ex quadam. ȳ. eo. & c. literis. de præſump. & plus videntur probare hec iura, vt non ſolū tale teſtimonium de credulitate admittatur: ſed etiam ſit neceſſe vt deponatur his caſibus de credulitate. 6 ¶ † Sed quæro generaliter, an & quando c valeat tale teſtimonium de credulitete: e iu. in penul. col. Idem Bal. in l. conuenticula. C. de epi. & cle. cir. me. & in l. ſolam. C. de teſtib. & in l. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque. de leg. j. & gl. in l. ſi is qui animo. ff. de acq. poſſ. Et ad id quod dicit hic d. Ant. quod ſi teſtis deponit per verbum. ſcio, in his, quæ non ſubiiciuntur naturali & proprio ſenſui, teſtis dicitur ſubire anceps per iurium. Tu in contrarium vide tex. cum gl. & quod ibi not. d. Ant. ver. oppo. quod non valet. in c. præterea. ȳ. eo. tit. Et limita hoc per d. Ant. in c. fi. de iuram. calum.

¶ Adde an teſtis de credulitate probet Ang. conſ. 4. Fran. Are. conſ. 153. Ale. conſ. 61. 2. li. Co. conſ. 20. Ale. conſ. 134. & 247.

¶ An teſtis de credulitate deponens probet, dicas, regulariter q̄nō quia nihil vī affirmare ita deponēdo, vt eſt gl. cōiter approbata in l. teſtium. C. de teſti. & voluit In. in c. ad hæc. de teſti. & per Ale. latè conſ. 6. in 2. parte. & conſ. 59. & 65. in 4. parte conſ. & idem Bart. in conſ. ſuo. inc. Raynutius. Petri. & Bal. in l. ſiue poſſidetis. C. de prob. & Ale. poſt Ro. in ru. ff. de iurei. quod intellige verum, niſi addatur verbum firmiter, quia dicat teſtis firmiter credo, quia tunc probat ſecundum Bal. in l. j. in antiqua lect. C. de fal. cau. adie. leg. quod dictum refert Lanf. in c. quoniam ȳ. ver. confeſſiones. & idem dicas: ſi addatur ver. Bene puta ſi dicat, Bene credo ſm Bal. in l. ſi ſeruus. §. qui quinque. de leg. j. Et eodem modo ſi addatur ratio ꝛcludens, puta, qa dicat, credo quia vidi, vel interfui, vt per Bal. in d. §. qui quæque. & l. ſi. C. de edi. di. Adr. & in l. ſolam. C. de teſti. & in l. conuenticulam. C. de epi. & cle. & l. data opera. C. qui ac. non poſ. & per Ale. p̄ſ. 3. in 4. patte conſ. Item dicas hoc verum, niſi teſtis deponat veri ſimilia, puta quia dicat q̄ credit Titium cognouiſſe Bertam, qa vidit ſolum cum ſola in loco ſecreto. ſm Abb. hic. Et adde, q̄ ſi teſtis deponit de peritia artis, etiam ſi deponat per verbū credo, probat vt in c. fraternitatis. de frig. & c. propoſuiſti. de prob. & c. literis & c. tartio loco. de præſum. & l. hac edictali. §. his illud. C. de ſec. nupt. & l. j. ff. de ven. inſpi. & l. ſemel. C. de re mili. li. 12. quod adeò verū eſt, vt etiam ſi ſtatutum vel conſuetudo ſit in ȝrium, teſtis deponens per verbum credo, extra caſus ſupradictos non probet ſm Hoſt. & d. Ant. in c. j. de app. & tenet R. o. ſing. ſuis in ver. teſtis. ver. quæro.

vide no

a ¶ Et adde Bald. in apoſt. in l. 3. cir. pr. dicti. ff. de teſti. vbi qui deponit de ſcientia, non debet poſtea in terrogari de credulitate. Et alle. Spe. in loco hic alle. per iſtum Et vide eūdum Bal. in apo. in l. j. in fi. ff. c. vbi dicit, q̄ſi teſtis dicit ſe ſcire, poſtea dicit, ſe credere, non valet eius dictum. Et alle. Io. An. in d. c. inquiſitionis. vbi vide d. Abb. in §. quæſuiſti. circa princip.

¶ Adde an teſtis qui dicit, ſcio & credo rectè deponat. Fran. Are. conſ. 13.

Ant. Franc.

b ¶ Circa hoc de cognatione ſpirituali, an repellat à teſtimonio, hȳ per Bal. in l. parentes. C. de teſti. Et vide Spe. in tit. de reſcr. præſen. §. rōne. aūt. in ver. ſed an pro canonico, vbi dicit, q̄ fortior eſt cognatio ſpiritualis, q̄ carnalis. Et vide gl. 27. q. 2. q. dormierit. & p Ale. p̄ſ. 143. Et qualiter ȝhāt cognatio ſpiritualis, & quibus modis, & q̄n impediat matrimonium ȝhētdum, vī dirimat ȝctum, vide Spe. ī ti. de cog. ſpi. p totum. & 30. q. 3. per totum 7 & in ti. ȳ. de cog. ſpir.

Sebast. Sap.

c ¶ Eſſe iudex. aduerte ñ. q̄ pōt recuſari vt ſuſpectus, vt not. Abb. in c. cum veniſſent. ſ. de iudic.

* Sebaſt. Sapia.

d ¶ Idoneꝰ. Quid āt ſi p̄ſtituatur procurator ad agendum ſimplr vel ad agendum cū dictione taxatiua, vide cumulata per Iaſ. ī l. ſi actionem. C. de procuratorib.

ti. de poſitio. §. 6. ver. hoc autem. & ſecundum predicta limita Spe. in tit. de teſte. §. iam de interrogatoriis. in fi. vbi dicit, q̄ iudex non debet etiam ad petitionem partis aduerſæ interrogare teſtem in fine depoſitionis, an credat ea quæ dicit, ne ſi dixerit ſic, videatur annihilare teſtimonium ſuum. & idem recitat Io. An. in c. inquiſitionis. ȳ. de ac. debet. n. intelligi in his in quibus non valet teſtimo 9 nium de credulitate. ¶ † Item etiam in his caſib. in quib. non valet a tale teſtimonium, putat d. Ant. dictum Spe. procedere, quando teſtis prius nullam aſſignauit cauſam ſcientiæ, vel aſſignauerat promiſcuam ad ſcire vel credere: dicendo. n. poſtea ſe credere, inficit teſtimonium ſuum: ſecus autem dicit, ſi prius reddidiſſet ſufficientem cauſam ſcientiæ, ſeu depoſuit per verba quæ ſapiunt certam & veram ſcientiam. tunc enim licet dicat ſe credere, non inficit dictum ſuum, quia nō eſt veriſimile, quod incontinēti voluerit corrigere dictum ſuum. arg. l. non ad ea. ff. de condi. & dem. Item quia qui ſcit, poteſt credere. vt in c. cum olim. de re iudic. Ego puto hoc dictum d. Ant. procedere largo modo capiendo credere, ſed ſtrictè capiendo ſecundum ſuam veram naturam, ſeu proprium ſignifica tum, puto quod ſuper eodem non poſſunt concurrere ſcire & credere, & quod in ſic, dicente ſit quædam ȝrietas. Nam ſcientia in his quæ ſunt facti, habetur quando illam capimus per proprium ſenſum: vt quia vidimus, vel guſtauimus &c. & iſta ſcientia requiritur in teſte vt in d. c. teſtes. 3. q. 9. Credulitas verò cauſatur ex coniecturis, & ſic ibi non eſt vera ſcientia. vt no. Bart. in l. admonendi. ff. de iureiu. dixi plenè in c. literas. de iur. cal. Nam credulitas ſeu fides eſt medium inter ſcientiam & neſcientiam, quæ ſunt extrema. vt no. in l. admonendi. Scire ergò ſe habet ad certum, credere verò ad dubium. facit c. firmiter credimus. de ſum. Tri. & ſi. cath. non poſſunt ergò concurrere in eodem facto, quia ſi credo, excludo verā tur velle quod non habet indubitatam ſcientiam de his quæ dixi, & hoc eſt fortè quod voluerunt Spe. & Io. An. in locis præalle. ſed quia teſtes rudes non capiunt iſtas ſubtilitates. & ſæpe dicunt ſe credere illud quod ſciunt, & quia largo modo credere referri poteſt ad ſcientiam. vt in d. c. cum olim. ſatis poſſet ex quadam æquitate tolerari dictum d. Ant. quod ſi prius reddiderit verā cauſam ſcientiæ, non inficiatur primum dictum, ſi poſtea dixerit ſe credere. ar. opt. ex his quæ leg. & no. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff. de ver. obl. per gl. & Bar. vbi verba ruſticorum capiuntur groſſo modo, vt diſpoſitio valeat, & hoc diligenter not. ¶ Nunc oppo. contra text. b in eo, quòd dicit propter cognationem propinquitatis' & c. præbile. Gl. i. metu contrarii dicit, quod litera exponitur intranſitiuè, vt pater in ea Hoſt. autem exponit cognationem. i. cōiunctionem q. d conſanguinitas non eſt, quod de facili non poteſt eſſe niſi ſint in primo gradu vel ſecuudo. ȳ. de diuor. porro. ſecundum Io. And. ¶ Gloſſ. vltima eſt facilis. hodie dicendum ſuper conſanguinitate probanda, vt habetur ȳ. cod. licet ex quadam. per quod ſuppletur iſte tex. in aliquibus. ¶ Extra glo. oppo. videtur enim, quod nedum ſenes, ſed etiam iuuenes admittentur ad teſtificandum, ſi alias ſunt idonei. d. c. licet, & quod not. ȳ. tit. proximo. c. j. doct. fatentur contrarium & ſupplent ad tex. maximè, & dixi de ſenibus: quia melius ſunt ſenes illi ſunt, p̄ducendi rōe prædicta: ſed in defectum admittentur iuuenes ſicut admittuntur extranei in defectum conſangui neorum, & ſic plana eſt litera.

CAP. VI.

1 *Reli gioſi poſſunt eſſe procuratores in cauſis eccleſiarum ſuarum.* (*vel uniuerſitatis.*
2 *Clerici ex illis de uniuerſitate an ex eādo poſſunt eſſe teſtes in cauſis ciuilib. eccleſiarū*
3 *Illi de uniuerſitate non poſſunt eſſe teſtes in fauorem uniuerſitatis in cauſa criminali.*
4 *Illi de uniuerſitate poſſunt eſſe teſtes in cā criminali quæ uertitur cōtra illos qui ſunt de illa uniuerſitate.* (*ſit idoneus teſtis.*
5 *An prælatus uniuerſitatis quæ non habet collegium. ſed ſolus habet adminiſtrationē.*
6 *Epiſcopus an ſit idoneus teſtis in cauſa menſæ eccleſiæ, uel in cauſa totius eccleſiæ.*
7 *Canonicus non eſt idoneus teſtis in cauſa ſuæ prębendæ.*
8 *Procurator. an ex quando poſſit eſſe teſtis in cā uel negotiatione. ȳ habet uel habuit*
9 *Legatarius an ex quando eſt idoneus teſtis in teſtamento ex quo habet legatum.*
10 *Venditor an poſſit eſſe teſtis in cauſa emptoris.*
11 *Prouentus non eſt idoneus teſtis in cauſa in qua fuit prouentus.*
12 *Donator an ſit idoneus teſtis in cauſa donatarij.*
13 *Cedens an ſit idoneus teſtis in cauſa ceſſionarij.*
14 *Socius. ac ſit idoneus teſtis pro ſocio.*
15 *Solicitatores, ex adherentes cauſæ non ſunt idonei teſtes.*
16 *Vasallus nunquid ſit idoneus teſtis pro domino ſuo.*

Inſuper. ¶ Prælatus, & clerici qui cauſam eccleſiæ non procurant, teſtificari poſſunt in ea. h. d. Primo ponit dictum quo poſtea determinat ibi, dummodo. ¶ Caſus in terminis. Prior & fratres S. Trinitatis petierunt vtrum liceat producere de fratrib. ſuis in teſtimoniū in cauſis eccleſiæ ſuæ: ſtatuit Papa, quòd liceat eis hoc facere, dummō vnus aut duo inſtituātur ad agendū & reſp. quorū teſtimonium in cauſis quib. inſtituti ſunt, nō dēt admitti. B. ¶ Not. ibi. liceat vobis & c. iuncta ſuperſcriptione in qua p̄t teſtificari in cā eccleſiæ ſuę, dūmō per ſe non p̄mouēat cām illā c nec mirum. Nam p̄t eſſe iudex in cauſa eccleſię. 2. q. 7. ſi qs erga. & ibi no. in c. cū perſonæ. de pri. li. 6. fortius ergò p̄t eſſe teſtis, cum facilius repellatur qs à iudicando, q̄ à teſtificando: vt le. & no. in c. 1 cum R. de of. del. & de hoc etiam ȳ. dicetur. ¶ † No. 2. q̄ ēt religioſi p̄ſt in propriis perſonis proſequi cauſas eccleſiarum, ac inſtituī pro neſtate tamen deberent inſtituere alios. & ſe non inuoluere ſtrepi. ¶ No. plures procuratores poſſe inſtitui in eadem cauſa. & qualiter d procurator dſ idoneus dum p̄ſtituitur ad agendū & rñdendū. p̄cor. proc. accedens. & c. conſtitutus. ¶ Gl huius c. ſunt multum facies. nec doc. hic attingunt mām capiendi: ſed melius attingunt in c. cum nuncius. ȳ. c. Et materia hæc ſparſa inducit difficultatem, vt ſ.

in proœ

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Quæro igitur. ad de Ale. ꝑ. 41. 3. li. vbi ēt ponit, an testis de aliqua vniuersitate a sit idoneus ad ꝓbandum cōsuetudinem illius artis.

b ¶ De vniuersitate. An in cā vniuersitatis admittant singuli vide Bald. & Cy. in l. parentes. C. eo. & ibi no. ad Bal. An. Barb. Sebast. Sapia.

b ¶ De vniuersitate. An pro vniuersitate vnius de vniuersitate possit esse testis, vide Ale. ꝑ. 44. in 2. vol. & ꝑ. 169. 1. vol. & late ꝑ. 69. 2. volu. & ꝑ. 135. in 4. vol. Et multa ꝺgerit Marsilius in l. j. §. ſeruꝰ municipum. per totum ff. de quæſt.

c ¶ Non ſit admittendum. adde Alex. ꝑ. 43. 4. lib. Ro. ꝑ. 7. * Sebast. Sapia.

d ¶ Admittunt. Vide de Maria. Soci. in ca. cū oporteat. j. de ac. & Fran. de Crema in ſing. 59. incip. nemo cogitur.

dum, vel damnum euitādum: cum iuris regula videatur in ꝓrium, C. e. omnib. canonizata. 4. q. 3. ſi teſtes. §. omnib. ꝑt. n. hoc caſu dici, deficit tibi prnbatio non ius. l. duo ſunt Titii. ff. de teſta. tu. & imputetur eis quare à principio non produxerunt teſtes. Nec obſt. iura alle. per Io. An. q̄ licet in defectum probationū admittantur teſtes non omninò integri, vt in illis iurib. non tñ ꝓbant qđ debeant admitti illi de quorū ꝓmodo vel dāno tractatur. Si verò quæritur de his quæ extra capꝰm aguntur: diſtinguit Io. An. in d. c. cum nūcius. q̄ ſi vtilitas illius negotij obuenit ſingl'r ſingulis de collegio non admittuntur ſinguli: ꝙa in re ꝓpria &c. d. §. omnib. ſi verò non ſingulariter, ſed vniuerſo collegio obuenit vtilitas, admittentur. d. l. in tñ. & c. qui manumittitur. præal. & ꝓ hoc ſoluitur ſm qđ ſæpe quæritur de vniuersitate terrarum. & villarū quæ litigāt de paſcuis vel de nemoribꝫ. ſingulorum beſtiæ paſcuntur. & ſinguli ligna ſcindunt: vt hoc caſu teſtimonium hominū de villa non ſit admittendum c per præmiſſa. & remittit ad no. in l. parētes. C. e. ti. Primū membrum diſtinctionis non vr mihi vſquequaq; verum. & ꝓ ꝑs nec ſolutio huius vltimę q. licet. n. aliqua vtilitas obueniat ſingulis nihilominus cauſa eſt vniuerſitatis, & vniuerſitas ꝑt commutare vſum nemoris, vel aliter diſponere de re illa ſuper qua ꝓtenditur. Non ergò debent ſinguli indiſtinctè ex toto repelli à teſtimonio ꝓ illam vtilitatem, quæ ꝓſecutiuè obuenit ſingulis. do inſtantiam in aliis reb. eccleſiæ de quib. ſinguli viuunt: & tñ non repelluntur à ferendo teſtimonio ſuper illis reb. vt hic. & c. cum nuucius. j. e. cum ſi. vide Arch. 14. q. 2. in prin. vbi hoc vr velle. vide inſtantiam aliam magis claram, ſi ꝓtenditur de validitate teſtī, ſeu iuris inſtitu ti. admittuntur legatarij in teſtes, licet ex validitate teſtī legata cōſecuturi ſint. inſti. de teſta. §. legatariis. ga principiꝰ non cōtenditur de iure eorum ſimul. ff. de auct. tut. l. j. vbi tutor non interponit auctoritatem in re principaliter ſibi profutura. ſecùs ſi in ꝑnam. & licet ſit dubiū in legatariis, vt j. dicam. tñ ipſemet Io. And. hoc tenet ne ꝓ iſtam vtilitatem quæ ſecundariò eis obuenit ex toto repellantur: nec omnimoda fides adhibeatur. facit quod no. Arch poſt Lau. loco ꝯ. alle. idem ergò ſaltem dicendum in caſu noſtro, vt ꝓ hanc vtilitatem quæ ſecundario obuenit ſingulis de vniuerſitate, non repellantur ex toto à ferendo teſtimonio in cauſa vniuerſitatis, ſed minus q̄ aliis eis credatur habito reſpectu ad qualitatem perſonarum, & quantitatem lucri. arg. c. & ſi quæſtiones. de ſimo. facit quod dicam de iudice qui eſt habiturus aliquod commodū, nunquid poſſit cognoſcere in dubio an ſua ſit iuriſdictio. j. de ap. ad audientiam. vbi vide. ¶ Circa ſecundum membrum diſtinctionis Io.

in prœmio, quapp hic inferam totam materiā, multa in variis locis ſparſa colligendo.

2 ¶ † Quæro igitur a primo, nunquid indiſtin ēte clerici pñt teſtificari in cauſa eccleſiaſtica huius usꝰ voluminis *communiter* vñr diſponere q̄ ſic: q̄ probatur hic. & in c. cū nūcius. & c. nūp. j. e. & c. ſi Chriſtus. j. de iurei. cū multis ſimilib. veruntamen. c. ſuper prudētia. 14. q. 2. vr hoc reſtringere ad cauſas ciuiles. ſecꝰ in criminalib. aliā reſtrictionem vr text. innuere ī d. c. & ſi Chriſtus. in fi. vt admittātur in ciuilib. aliis teſtib. deficientib. & nō aliter Itē aduerte. ga iura in hoc non faciūt dſiam vtrum ſint clerici ſeculares vel religioſi, an ꝓuerſi, vt ī iurib. ſuperius al. pluries, ſed indifferenter oēs admittuntur. & hoc ga damnū vel lucrum non pertinet ad eos proprio nomine, & ſic non ꝑt dici cauſa ſingulorum. 2. q. 6. biduum. ver. palam. ex qua rōe infertur idem fore dām in hominib. vniuerſitatis ſeculares, vt in cā vniuerſitatis admittātur ſinguli de vniuerſitate[b] ga cauſa non eſt ſingulorum. pro hoc l. in tñ. §. i. ff. de rer. di. & 12. q. 2. qui manumittitur. & ſentiunt doc. in d. c. cum nuncius. Sed plenè proſequꝰ do tam de ſingulis collegiis eccleſiaſticis, q̄ ſeculari bus, diſtingue, q̄ aut cā eſt ciuilis aut criminalis. Primo caſu, dicit Io. An. in d. c. cū nuncius. q̄ aut quæritur de his quæ aguntꝰ in capitulo, & tunc ſingulares de capitulo pñt te ſtificari. j. e. veniens. C. de repu. ꝓſenſu. §. pe. alias ſm eū poſſet deficere ꝓbatio. & bene facit. j. ti. j. c. vlt, ſm Io. An. hoc mēbrum intelligerem, ſi damnum vel lucrū non venit applicandū ipſis ſingulis de vniuerſitate prout ſtatim dicam in ſequenti membro. licet aliud ſenſerit Io. An. Non. n. vr rōnabile, vt ꝓ inopiam probationū q̄s admittatur ad teſtificandum ad commodum ꝓſequen

An. dicit, vt indiſtinctè admittantur ſinguli de collegio, ſi ipſis de collegio obuenit vtilitas. dicit Arch. in loco præal. q̄ licet admittantur ſinguli, tñ minus eis creditur: cum bona ſint vniuerſitatis ipſorum, & ſic aliquam vtilitatem ꝓſequātur. & ſic ſentit poſt Lau. quod iſti non ſunt teſtes integri, & ſic vr, q̄ duo non facerent plenam probationem. hoc dictum putat verum. d. Ant. in c. cum nuncius, quo ad vniuerſitatem laicorum: ſed nō quo ad eccleſiam: qa res vniuerſitatis plꝰ ſpectat ad ſingulos, q̄ res eccleſiæ ad ſingulares clericos de eccleſia. pro hoc dicto facit. qa ipſi diſponunt de rebus vniuerſitatis ad libitum, vt no. in c. dilecta. de exce. præl. & per Bar. in l. fi. de coll. ill. non ſic poſſunt facere clerici de bonis eccleſiæ, vt 12. q. 2. ſine exceptione. cum ſi. Ego putarem hoc dictum ꝓcedere q̄ſi per aduerſam partem producerētur alij teſtes in ꝓrium: ſed vbi non adſunt, niſi teſtes pro vniuerſitate, ſatis putarem eis plenè credendum, ſaltem in defectum aliorum teſtium, dummodo alias idonei ſint. hoc probare vr tex. in c. ſuper prudentia. 14. q. 2. quod c. licet loquatur in clericis, rō tñ eſt generalis, & vēdicat ſibi locum etiam in laicis vniuerſitatis ſecularis. ad idem l. in tantum. §. j. præal. Item nō eſt veriſimile quod qs velit deierare pp iura vniuerſitatis conſeruanda: cum ſoleat negligi quod ꝓmuniter poſſideturꝫ. l. 2. C. qñ & qui. quar. pars deb. An aūt admittantur iſti de vniuerſitate in defectū duntaxat aliorum, an indifferenter. Spe. e. ti. §. j. ver. ſed nun quid in cauſa. vr velle quod in aliorum defectum: q̄ vir affecti ad cauſam. pro hoc dictum. c. & ſi Chriſtus. in fi. ſed Hoſ & *communiter* doct. ibi ſentiunt oppoſitū. & ad c. & ſi Chriſtus. ſupplent maxime. nam iſti de vniuerſitate ſunt melius informati. q̄ forinſeci. & experientia docet quod ſæpe teſtes dñt ſe ſcire, & poſtmodū neceſſario non ꝓcludunt. & hoc ſatis mihi placet, cū iura aliqua hoc pertant indiſtinctè. & maximè facit ratio d. c. ſuper prudentia. & ad c. ſi Chriſtus. do aliam ſol. magis coloratam, quod ibi illi religioſi habebant conſcientiam iurandi, vnde vt ſaluarent ſuam conſcientiā quantum poſſent, Papa ibi indulget eis potestatem iurandi aliis de fiefientib. vt ſatis hæc ſolutio colligitur ex fine illius literę & ꝓ hoc habes primum principale membrum expeditum an in ciuilib. ad- 3
mittanꝰ ſinguli de vniuerſitate ad teſtificandum. ¶ † Venio ad ſecundum membrum, quid in criminib. in quibus dico, quod illi de vniuerſitate non ſunt idonei teſtes in fauorem vniuerſitatis. caſus eſt apertus in d. c. ſuper prudentia. & rationem ponit ibi text. qa in criminalibus tanquam arduis non debent domeſtici ad probationem admitti: ſecùs in ciuilib. vbi agitur de paruo præiudicio ſicut in ſimili videmus, q̄ conſanguineus non repellitur in ciuili, ſed in criminali ſic. vt in c. 1. iuncta gl. 3. q. 5. & maximè hoc procedit, qñ eſt tale crimen pp q̄ ipſa vniuerſitas venit deſtruenda. iuxta no. per Bar. in l. aut facta. §. fi. ff. de pœ. per Inn. & alios in c. grauem. de ſen. exc. & c. dilectus. de ſi. hæc procedūt, qñ quæritur, an ꝑt teſtificari in fauorem vniuerſitatis. ¶ † Nunquid aūt ꝑt teſtificari in fauorem eorum qui ſunt pariter de vniuerſitate ipſa: diſtingui pariter inter criminalia & ciuilia. vt in ciuilib. poſſint. vide bo. gl. in c. cum R. de of. del. & 3. q. 5. accuſatores. & d. c. ſuper prudentia. Credo tamen quod plus vel minus eis credendum ſit ſecundum quantitatem affectionis & familiaritatis, quæ inter eos eſt iuxta not. per gl. not. in c. literis. j. e. & in d. c. accuſatores. & facit quod dicam in ſeq. membro. In criminalibus verò non admittuntur ſecundum doct. in d. c. cum nuncius. & per d. c. ſuper prudentia. & d. c. accuſatores. quia in eis repelluntur domeſtici & familiares, quales ſunt iſti de vniuerſitate inter ſe. & facit c. repellantur. de accu. & vide per Speo. tit. §. 1. ver. ſed nunquid in cauſa. vbi temperat hoc verum, niſi in defectum. argum. c. ſi. j. tit. proxi. & in c. & ſi Chriſtus. in fi. de iureiu. Ioan. And. in d. c. cum nuncius. dicit, quod nimis largè locuti ſunt doctores: ſed reſtringenda eſt eorum opinio ad iura quæ allegant, quando videlicet eſt ita parua vniuerſitas, quod illi de ipſius corpore cadunt in nomen domeſticorum, vel cohabitantium, vt d. c. ſuper prudentia. & d. c. repellantur. quod ſatis placet. hæc procedunt, quando volunt teſtificari contra extraneum. ſed ſi inter illos de vniuerſitate. tunc admittuntur, quia par affectionis cauſa omnem ſuſpitionem excludit. l. non ſolum. ff. de ritu nup. no. gl. in d. c. cum R. & c. poſtremo de appell. & d. cap. accuſatores. Hinc dicunt doctores in d. c. cum nuntius. quod accuſato prælato ab aliquo de vniuerſitate alij de vniuerſitate recipiuntur in teſtes. argum. 2. q. 7. iuror. & de accuſa. ex parte. de elect. per inquiſitionem. Non enim ſunt magis domeſtici accuſantes quā accuſati. quod not. ¶ † Sed 5
circa prædicta & circa text. contingit dubitari de aliquibus. Et primò, quod de prælato vnius capellæ, qui non habet collegium, ſed ſolus habet adminiſtrationem eccleſiæ, nunquid admitti debeat in cauſa eccleſiæ. Ioan. And. in addi. Spe. e. ti. §: 1. ver. ſed pone, quod adminiſtrator? videtur ſentire quod omninò non admittatur. per c. relatum. 2. j. de teſti. aliter illud cap. non inducit, ſed credo quod voluit ſic inducere. ibi enim dr, q̄ vbi eſt congregatio ſeu collegiū bona ſpectant ad ꝙregationem ſeu collegiū vbi tñ eſt vna ꝑſona ille ſolus habet diſponere de bonis eccleſiæ: & ſic vr iſte teſtificari in facto

a ¶ Vtrum prælatus poſſit teſtificari ī cā eccleſiæ ſuæ, in qua agitāda ꝓſtituit ꝓcuratorē. Et add q̄ opi. In. hic relatā ꝑ dñm Ant. ſegtur Spe. ī tit. de teſte. §. 1. verſ. ſed nūq. dr q̄d mihi placet. An aūt prælatus poſſit teſtificari ī cā ſui capi'i, vide Bal. in l. parentes. C. de teſti. Et de articulo hic poſito: vide ꝑ Im. in l. qui teſtō. cir. fi. prin. ff. de teſta. Et q̄d poſſit ꝓlatus eſſe teſtis. tenet Spe. ī tit. de. ꝓc. §. rōe. quoq;. ꝓſtruētis. cir. pr. ver. item q̄ ꝓſtitutus eſt ab abbate. de quo vi de per Pe. de Ancha. in d. c. pūtiū. de teſti. li. 6. & ꝑ Domi. poſt Pau. in c. iudex ab Apoſtolica. de off. del. li. 6. plenius per Do. in d. c. præſentium.

¶ Adde an prælatus poſſit eſſe iudex in cā eccleſiæ ſuæ. Old. ꝑ. 57. & Cal. ꝑ. 6. de iud. Et an religioſus poſſit eſſe teſtis in cā ſui monaſterij. vide Fulg. conſ. 105.

Sebaſt. Sap.

b ¶ Quod canonicꝰ. Vide Cal. in ti. de iudic. ꝑ. 6. & Abb. in c. cum veniſſent. ſ. de iudic..

c ¶ Adminiſtrator. Adde an ꝓcurator & ſalariatꝰ poſſit eſſe teſtis. Ro. ꝑ. 420. Alex. conſ. 64. Angel. conſi. 233. Quid de colono & mercenario. per Ale. ꝑ. 91. Et quid de adminiſtratore, ēt ꝑ Ful. ꝑ. 174.

d ¶ Et iſtā doctrinā magiſtralem recitat ēt d. Ant. c. 2. de arb. & c. cū à nobis. ꝯ. e.

e ¶ An legatariꝰ admittatur ad teſtificandum in cā teſtamenti. Et de hoc vide per gl. & Bal. in l. oīb. C. de teſti. & vide text. & glo. & ibi Paul. de Caſt. in l. qui teſtō. in pr. ff. de teſt. & per gl. in l. nullus. ff. de teſta. & ibi vide Flo. qui ponit quædam verba ſingularia. Et vide Im. ī d. l. q teſtō. & vide text. & gl. in l. ſi quis ita ſcripſerit. ff. de reb. du. & l. dictantib. de teſta. Item qñ ex teſtificatu & iuſſa ſuper eo in c ſerenda immediatè acꝙreretur ius teſtificāti, tūc repellitur à teſtificando, ſecùs ſi nō immediatè, ſed mediate in ꝓſñā acꝙreretur ius. Hanc doctrinā tradidit Bald. in rub. de rer. di. ver. de quinto aūt. per q̄ doctr. red. diſſ rō: qua relegatarius admittaf ad teſtificandum in teſtō. ꝑ hāc doct. ēt decidūtur multæ qq. ad materiam decretalis noſtræ.

¶ Adde Ang. ꝑ. 274. vbi quid de ſubſtituto.

Sebaſt. Sap.

c ¶ Legatarius. Vide Io. Fa. in ſ. legatarlis. inſti. de teſta. cū multis alle. per d. laſ. in l. dictantib. C. eo. ti. de teſtam. vbi plenè de hac materia. & vide Bart. Soc. in l. ſi quis ita. ff. de reb. dub.

tangit ī d. ver. ſed pone, quod adminiſtrator. & tādem cōcludit, quod pro ōria parte bene ꝑt adduci: qa niſi repugnat. ſed in fauorem illius ꝙ quo geſſit, dicit ſi ſalus, vel vtiperiſi, vel damnum ꝑt ſibi aſcribi. ex aſſiſtentia, vel non aſſiſtentia actus ꝙ quo teſtificatur. non admittaf: alias ſecus. ar. eorū q̄ no. in c. ſi. c. ti. li. 6. quod placet hic d. Ant. putat tñ talē in ſubſidium admitti. alle. de ele. cum dilectus. cum gl. ſita. de do. & cont. cum olim. de ꝓb. tertio loco. cum ſi. vide Bar. in l. deferre. §. iidem decreuerunt. ff. de iu. fiſ. vbi generaliter proſegtur, an & qñ ꝓcurator ſit admittendus, & venit ēt ad deciōnem māe huius ca. & ꝓcludit ſic, q̄ aut eſt procurator ad iudicia & nō ꝑt produci in teſtem ēt per aliam partem. ga ſicut perſona principalis non producitur in teſtem ꝯ. ſed ita nec procurator ꝑt tñ interrogari ſup negotio, vt c. 2. e. ti. li. 6. Aut eſt ꝓcurator ad negotia & producitur in teſtem ſup his q̄ geſſit. & tunc ſi ex hoc ſentiret commodum vel incommodum, nō dēt admitti. exemplum, voto ꝓbare q̄ tibi mutuau. 10. & induco in teſtem illum per quē dico tibi tranſmiſiſſe. Nam ſi iſte diceret ꝯrium, ipſe remaneret obligatus: ideo nō eſt idoneus teſtis. Aut non ſentit commodum, vel incōmodum & tunc de ꝓſenſu partium admittitur, aliàs ſecus, ſicut dicit in proxene ta. vt in auth. de teſti. §. qñ vero. all. gl. q̄ hoc voluit in c. ſi. c. ti. li. 6. mihi ī hoc plus placet, dictum Io. An. vt inſpiciantur termini litis. ſi. n. nullam affectionē præſumitur habere dēt admitti ēt inuita altera parte. ar. l. j. ff. eo. ſi vero fuit procurator in alia cauſa, tunc debet admitti in iſta: ga nil repugnat. & ſatis probatur in iſto. c. Et vide d. de Rot. ad materiam noſtram deciſio. 122. & cl. & plus dicit Inn. per iſtum tex. q̄ ſi duo ꝓſtituuntur ꝓcuratores, vnus in aliquib. negotiis alius in aliis: vnus poterit eſſe teſtis vbi alius eſt procurator. Idem dicit. q̄ ſi ꝓſtitutus ꝓcurator procurationem nō recipit poterit eſſe teſtis. ar. ſ. e. dilecto. Idem ſm eum ſi cæperit, & poſtea renuntiauerit, & dicit hoc ꝓ 1. ff. de teſti. Io. An. dicit poſſe diſtinguit, an procurator ille reaſſumere poſſit cām iuxta decretalem, ſi duo. de proc. li. 6. & eo caſu repellatur, an non poſſit & tunc admittatur. poſtea dicit ſatis eſſe q̄ non poſſit reaſſumere. Item licet prælatus poſſit reaſſumere. tñ ad mittitur, vt hic patet. & hoc placet, & credo, q̄ ſi ſemel teſtificatus eſt. non poſſit amplius reaſſumere cām ne reperiatur in eadem cauſa teſtis & procurator. vide tū quod no. Io. An. poſt Hoſt. in ca. 2. e. ti. li. 6. ¶ † Ex prædictis infertur ad deciſionem multarum quæſtio num. ¶ Et primo, nūquid legatarius[c] poſſit eſſe teſtis in cauſa teſtamenti text. vr apertiſſimus quod ſic in §. legatariis inſti. de teſta. & reddit ibi tex. rationem qa non iuris ſucceſſores ſunt ſed rei ſm gl. ibi & ſine onere. q. d. q̄ non contenditur de iure eorum ſed de ſubſtantia teſtamenti: & ſic de ipſa hæreditate quæ eſt quoddam ius vniuerſale dubium facit. qa in conſequentiam ſunt habituri commodum legati, quia ſi teſtamentum non ſubſiſtit. non debentur regulariter legata vt no. & leg. in l. eam q̄. C. de fideicō. & ſic ratione huius commoditatis & effectionis ſi deberēt admitti. ¶ In ꝓrium facit: quia illi de eccleſia admittuntur in cauſis eccleſiæ licet viuāt de bonis eccleſiæ vt hic ſatis eſt dictum. Item non debemus attendere ad id quod venit in conſequentiam, ſed ad id quod principaliter fit. l. j. ff. de aut. tut. Dubium eſt pulchrum & ſubtile, maximè qa videnti[7] q̄ ſola effectio ad cām ſine alia ꝓmoditate repellit quē à teſtimonio: vt in c. ſi. eo. ti. li. 6. & 2. q. 6. ſtatuendū aliàs ſtatutū. facit. c. perſonas. j. eo. cum ſi. fortius deberent repelli legatarij, q̄ ſunt affecti ad cauſam teſtamenti ꝓ ꝓmoditatem, q̄ inde habituri ſunt & ciō in hoc dubio ſunt opiniones. ¶ Quidā. n. dñt. vt In. c. 3. ſ. c. eos admittēdos in cā teſtamenti: qa nō principaliꝰ ꝓmodum ſentiunt, nec eorum nomine tractatur cā: ꝑt. n. deberi legatum, licet non valeat teſtm. C. de lib. præt. aut. ex cā. nec indiſtinctè legatum eſt præſtandum, licet teſtm ſit validum. C. ad l. Falc. l. 3. & l. irritum. & hæc opi. eſt veriſſima, inquantum in omnem euētum legatum eſt præſtandum: ſed vbi in alterum caſum tñ. non vr procedere: qa licet principaliter nō tractetur de eorum commodo, tñ afficiuntur ad cauſam ꝓ cōmoditatem quæ eis prouenit acceſſoriè. Spe. in ti. de & in ti. de teſte. §. 1. ver. item quod eſt talis. & poſt multa concludit teſtificatur legatarius, quia eſt propria vel conſimilis cauſa à qua repellitur. d. cap perſonas. ſi autem eſt quæſtio inter duos cuius ſit

hæredi

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ An donator possit esse testis pro donatario. & de ista q. vide per Sal. in l. & si ad te. ff. C. ad l. Cor. de falsis.
* Sebast. Sap.
b ¶ Cedēs. Vide Ale. ꝑ. 13. in 1. volu. & ꝑ. 19. in vlti. col. 4. vol. Et nūquid creditor possit esse testis i cā debitoris, tradit idē Ale. ꝑ. 171. in 2. par. & ꝑ. 69. & 78. j. vol.
c ¶ An socius admittatur ad testificandū pro socio. Et de hoc est gl. in l. qui liberi. C. de testi. & ibi Bal. & latè per Spe. & ibi Io. An. in ad. in ti. de testi. §. j. ver. sed nunquid socius. Et vide per Ang. in l. si duo rei. in pr. ff. si qs eau. sit vtrū amicus admittatur pro amico ad testificandū, vide d. Ant. in c. quoties. ⁊. c. Et q socius me⁹ cum quo ⁊tinuè ver sor, non possit testifi cari pro me, ꝓbatur: nā domesticus me⁹ q stat in domo mea non ꝑt pro me testificari: vt ī c. in literis. j. e. sed assidua ꝙuersatio extra domum ꝙparatur habitatio nūin domo, vt dicit gl. no. ſm vnū intell. Io. An. ī c. ad hoc. de Iudæ. ergò &c. Vide hoc arti. per Spec. in e. ti. §. j. ſ. all. ver. nunquid ergò socius, & ꝑ Flo. ī l. nullus. ff. de testi. & per Io. An. iſta ſua ſumma de testi. cir. pr. ver. item repel lit qs à testīonio rōe ſocietatis. Et anſideiuſſor poſſit teſtifica ri, ꝓ debitōr ſup fide iuſſione, vide ꝑ Spe. in ti. de testa. §. j. verſ. 33. & ver. q. d de fide iuſſore. Et per Bal. in l. nullus. in apo. ff. de testi. qui dicit Cy. te nere q̄ūc, in l. dictan tib⁹. C. de testa. & de hoc ēt vide per Bar. in l. cui leget. §. fi. ff. de le. 1. Et ibi etiā de hoc vide per Ang. & Im. q indiſtinctè cō cludūt, q fideiuſſor non ꝑt esse testis pro principali, ſm Bal. in l. ſi quis ita ſcripſerit. ff. de reb. du. vbi ēt di cit, q correus poſſit teſtificari ꝓ correo. q tenet Cy. & Bal. in d. l. dictantib. Itē creditor teſtificatur in cā debitoris: vt l. nō a hæreditas tunc ꝑt esse teſtis. hæc opin. in vlt. memb. corruit eadem rōne qua prima. Tertia fuit opi. d. Simo. Vin. ⁊ hic refert Io. An. dicebat. n. legatarium admitti in teſtem, ita tū q non omnimoda ſibi ſides adhibeatur: qa ſecundario ⁊ringit eum lucrū. adducebat quod hī in aut. de teſti. §. ſi verò. qd dicatur odioſum. Cōtra hanc opi. arguo ſic, omnib. teſtib. ꝑt aliqd relinqui, & nihilominus per eos ⁊firmatur, & approbat teſtū. vt l. ſi quis ita ſcripſerit. ff. de re. du. ergò ſides omnimoda eſt eis adhibenda: alias nō poſſet probari teſtū. ar. l. ſi vnus. C. de teſta. Quartā opi. ponit hic Io. An. q ſi in omnem euentum teſtimonij ſui debeatur legatum, tūc legatarius admittitur in teſtē, alias ſi in alterum euentum tm̄ habeat locū d. opi. d. Simo. & facit ſm eum ad no. in l. nullus. ff. e. vbi diſtinguit in venditore an teneat de euictione, vel nō. Idem ponit Io. An. in ad. Spec. in d. ver. item quod eſt talis, primum memb. ſue diſtinctio nis non habet dubiū. Contra ſecūdum facit quod ſ. dixi ⁊ præcedentē opi. de mā. vide p gl. & Bar. in l. qui teſtamento. ff. de teſt. nil tā noui dūt non reducibile ad ꝑdicta. & vī Bar. ſentire quod ſ. dixi ſm Spe. Quinta eſt opi. Bal. in l. dictantib. C. de teſta. vbi dicit, q ſi eſt qō inter hæredem. & legatarium, tunc lega tarius non debet esse teſtis: ſi verò inter hæredem & aliū tunc ꝑt esse teſtis: dummodo proteſtetur, q non intendit, vt ex hoc aliqd ꝙmodū ſibi applicetur. Sed ⁊ hoc arguo ſic licet. n. ꝓteſtetur, vt ex hoc non ⁊ſequatur ꝙmodum, nihilominùs affectus eſt ad cām. vide bonum tex. in c. perſonas. j. eo. cum ibi no. Et ſi teſtū corrueret, inſurgeret præſumptio ⁊ eum in ſuo legato, ratione cuius lex pmittit appellari. vt l. à ſnīa. ff. de ap. bī puto, q ſi teſtū apparet in ſcriptis ita q non capit totaliter eſſentiam à dictis teſtium, tunc admittuntur legatarij ad probationem & con firmationem teſtī. ita loquūtur proprè iura, quæ admittunt legatarios in teſtes: vt patet inſti. de teſta. or. in pr. vſq; ad illū. §. legatariis & d. l. qui teſtamento. & d. l. dictantib. Et rō admiſſionis eſt multiplex. Primo, qa non agitur principī re de iure eorum. vt d. §. legatariis. Secūdo, qa non pſumitur de facili corruptio ī ſeptē teſtib. inſt. in loco prall. Tertio, qa hńt ſecū præſumptionē ſcripturæ, maximè publicæ, & ſigillorum quæ olim imprimebantur. ſed vbi deeſt ſcriptura. ita qd ſuā eſſentiam capit totale teſtū ex dictis teſtiū, tunc puto iſtorū dicta nō ſufficere: qa ſuſpecti ſunt ſicut notarius eſt ſuſpectus cū aſcribit ſibi legatum in teſtō. C. de his qui ſibi in teſt. aſcri, l. 2. & j. ſi qs legatū. ff. de fal. & hoc intelligę, qū in alterum euentū. tm̄ ſunt habituri legatū. Nam ſi in omnem euentū, indiſtinctè pńt esse teſtes, cū qō eſt inter alios qa nil tūc ibi repuguat. ¶ † Alia q. eſt in venditore, nunquid poſſit esse teſtis in cauſa emptoris. Inn. ſ. c. 3. & gl. in l. nullus. ff. de teſtib. ſentiunt, q non vbi teneē de euictione, alias ſecūs. d. Ant. putat, q ēt vbi non tenetur de euictione, nō admittitur: ſeu dictū ſuum nō eſt integrū, ſi admittatur: qa veriſimile eſt q effectat tē id, qđ egit, ſicut dī in ꝓxeneta. vt l. aut de teſti. §. qū verò. & no. in c. ſi, e. ti. đ q ī Spe. e. ti. §. j. ver. qd đ vēditore. vbi idē ſentit Io. And. & Ia. Rauen. ſatis poſſet dici, qđ ſibi adhibeāt ſides ſm qualitatē perſonæ & cauſæ. ar. eorū. quæ no. in c. literis. j. e. ¶ Iſti. n. ꝓxenetæ cōiter ſunt infirmitatus, & aliqua lucra ꝓſectantur ex validitate ⁊ctus, quæ oīa ceſſant ī perſona omninò integra, maximè in defectū aliorum teſtium. ar. bo. in c. cū dilectus. cum gl. ſua. ⁊. de cle. & j. tit. proxi. c. ſi

1 2 ¶ † Ex his infertur ad ꝙſimilem q. qd in do natore. a Quidam dūt, vt hic refert Io. An. q. ſit idoneus teſtis, qa non tenetur de euictione. ff. de don. l. Ariſto. §. ſi. C. de euict. l. 2. qđ ⁊ vt Pla. & Ia. de Are. qa non eſt idoneus teſtis cuius intereſt ꝓ ſe ſi iſtius intereſt: quod patet. qa perſonale pactum transmittitur in donatariū. ff. de pact. ſi tibi. §. pactum. Itē donans aſſectat valere quod agit, & hæc ratio repellit proxenetam, ſortiūs deberet repel

1 3 lere donatorem. ¶ † Et hac rōe dńt præfati b doc. qđ eccdens⁵ nō teſtificatur pro ceſſionario. facit. ff. ne vis fiat ei. l. i. §. j. & ſm hoc dicit Io. An. inutile eſſe ꝓſilium qđ dat Spe. in tit. de ꝓc. in ſi. vbi dicit, qđ ille q non habet ſup debito ſuo. niſi vnū teſtem cedat actionem, & cū illo teſtificetur pro ceſſionario, ego diſtinguerem in vtroq; dubio, ꝓut dixi in præcedenti. vt ſi nullū intereſſe ꝓtendit, ſit arbitrariū q̄ta ſit fides adhibenda ſm qualitatē perſonarū. ar. c. & ſi quæ⁹tiones. de ſi. & eorū

